

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ I.U.D. ... ad
Exequias, Quas ... Annae Sophiae Thesandtin/ Coniugi suae desideratissimae
Maritus moestissimus paratas cupit, Omnes omnium ordinum Cives Academicos
... invitat**

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236583>

Druck Freier  Zugang



Rahne, II.

in A. S. Thesand
uxor. C. Schwarzkopf

Rostock 1657.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777236583/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236583/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777236583/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236583/phys_0004)

DFG

160.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HENRICUS Rahne /
J. U. D. & Prof. ac Consistorii Du-
calis Adsesor,
ad
Exequias,
Quas



MEMINÆ SINGULARIS EXEMPLI

ANNÆ SOPHIAE
Thesandtin /
Conjugi suæ desideratissimæ
Maritus mætissimus
paratas cupit,
Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos officiosè ac per amanter
invitat.

ROSTOCHIENSIS LIBRÆ
Typis Hæredum NICOLAI KILI, Acad. Typ.
ANNO M. DC. LVII.

Nedine



Non adsentimur illi nescio cui Philoso-
pho, qui negabat Sapienti uxorem ducen-
dam esse, ne Sapientiam quidem ipsam. Me-
lius Varro togatorum omnium doctissimus:
Quid enim est, inquit, quod homo masculus li-
bentius videre debeat, quam bellam uxorem. Rectius quoq; cor-
datorum omnium consensu Tacitus, supra omnem huma-
næ prudentiæ aleam positus Scriptor: *Quod igitur, inquit,*
honestius mentis levamen, quam assumere conjugem, ut Vitellius
olim in Senatu proponebat, propperis dubiusque sociam? Cui cogita-
tiones intimas, cui parvos liberos tradas? Fuerunt nonnulli, in-
epte dicam an impie acriculi, quia rausi sunt querentes, mulie-
resne in hominum numero habere oporteat. Pariter delira-
runt & illi, qui non humanitatem quidem foeminis, virtutem
tamen iverunt ademptum. At quid præstantiam hominis
alud, quam virtus asserat, quæ proprium rationis est opus?
Rectissime Seneca, laudissimus ille inter omnes veteres
scriptor, & virtutis studio penetritus. Nulli, ait, præ-
clusa virtus est, omnibus patet (sicut in vitam aditus) omnes ad-
mittit, omnes invitat; nec sexum, nec censum eligit. Testantur
id exempla virorum illustrium: multa tamen & foeminau,
quæ fortitudine, clemencia, & prudentia virorum gloriam
si non vice, sed tamen æqualem. Inter auatores ma-
ximos plura tanè eaque egregia mandavit literis Plutarchus,
ille prudentiæ thesaurus, illud eruditionis compendium,
ille antiquitatum utriusque gentis quidam quasi DE LIO
APOLLO. Neque hinc a ratione alienum videtur, adse-
cunda p. 111. A. 1570. Trete
ANNO M.DC.XLVI.

rere velle, non produci homines bonitate ingenii antiquis pares. Quis enim Aspasiam Græcorum, Lucretiam Gracchusque Romanorum non jam ut maximarum mulierum nomina, sed virtutum ipsarum admiratur. Ita quidem Plato in Philebo: *Priscos homines, ait, nobis esse præstantiores, & ad Prometheus propius accedere, qui primus ignem scientiarum intulit mortalibus.* E Poëtis, Romanæ fidicen lyrae:

Damno sa quid non imminuit dies?

Etas parentum, pejor avis, tulit

Nos nequiores, mox datus

Progeniem vitiosiorem.

Plinius candidissimus suorum æ qualium laudator Virginii Romani fabulam quandam ad exemplum veteris comœdiae tam bene scriptam prædicat, ut esse possit quandoq; exemplar ad imitandum. Rationem candidi sui judicii hanc subnectit: *Sum ex iis, qui mirer antiquos: non tamen, ut quidam, temporum nostrorum ingenia despicio. Neque enim quasi lassa & effeta natura, ut nihiljam laudabile pariat.* Quod de sua ætate Corn. Tacitus, hominum, morum, ac temporum prudentissimus, ex veri tripode respondit, id æquè verè de quavis alia dici posse statuimus. Ita verò ille: *Rebus cunctis inest quidam velut orbis, ut, quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur: nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque etas multa laudis & artium imitanda posteris tulit.* Et alibi: *Nullum ad eum virtutum sterile séculum est, ut non & bona exempla prodat. Virtua erunt, donec homines: sed neque hac continua, & meliorum interventu pensantur.* Ne abeamus longius, & recentium incuriosi, vetera sectemur, quot in ANNA SOPHIA, cuius supremo honori cum indicendum ejus esset funus, haec danda scriptio fuit, ingentes ac minimè vulgarēs virtutes enituerunt? Itaq; non præter officium facturi videbimur, si, quod alias fieri solitum, præstantissimæ fœminæ vitam, sic quasi in brev tabella expressam & delineatam nunc proponam⁹.

Neane

Neque enim probanda Thucydidis ratio, qui summam muliebris glorie in eo statuebat, si foris plane ignota esset. Non continenda in angulo exempla egregia: egredi limen & famam sequidebent, quod innotescant pluribus, quae decene omnes. Nata Nostra itaque Sverini ANNO CHRISTI
cl^o I^c XL. d. XVI. Julii, circa septimam vespertinam, ex florentissima ac laudatissima familia. Patremque habuit
F R I D E R I C U M Thesandten/ notæ prudentiæ ac solertiæ virum, Illustrissimi Ducis Megapolitani **A D O L P H I F R I D E R I C I**, quæstorem ac ministrom per quadraginta annorum spatum, fidelissimum: Matrem **S O P H I A M** Holsteins honestissimi nominis foeminam ac pietaticulricem, utrosque, Dei gratia, adhuc superstites. Avum paternum sortita fuit virum fortem ac strenuum **D N . A L E X A N D R U M** Thesandt/ qui per plurimos annos, & quidem summa cum laude, in exercitu Regis Galliarum Magistrum equitum egit, senio vero confectus sedem syam in Civitate Hisachus posuit, ubi & vitam cum morte commutavit. Aviam paternam laudavit **V E R O N A M** Kempen/ foeminam omnium matrimonialium virtutum decorornatissimam, ex honestissima & per quam antiqua **K E M P I O R U M** familia (quæ in Ducatu Lunæburgensi multis abhinc annis floruit) oriundam. Avum maternum habuit Dn. **J O H A N N E M** Holstein/ Senatorem civitatis Wittenbergensis gravissimum, Dn. **N I . C O L A I H O L S T E I N I I**, Consul sibi Spectatissimi quondam filium: aviam maternam **C Æ C I L I A M** Holsteins/ foeminam omnium virtutum splendore, quæ sexum maximè decent, decoratissimam, & rei Oeconomicæ gerendæ peritissimam, **J O H A N N I S H O L S T E I N I I I**, civis quondam & negotiatoris Lubecensis primarii filiam dilectissimam. His optimis Parentibus cum nata esset, ad optima quæq; à teneris usq; & honestissima educta & asp̄e facta est, corumq; virtutes cum lacte materno velut umbibit, mox &

exem-

exempli ipsorum invitata rectius rectiusq; indies expessit.
Nam velut arbores eum statum retinent, quem ab agricultoribus
ductu curaq; acceperint; ita & puerorum animi tuentur eam
ac servant imaginem, quam ii. sub quorum tutela adoleverint,
primis annis impresserint. Neq; enim ea se immorige-
ram & minus audiētem dicto, ac contumacem unquam præ-
buit; sed colere, sed vereri Parentes semper visa est, usque
promptè obsequi, ac citius faciliere mandata, quam præce-
pissent pene. Quò verecundia singularis & summum pudiciis
accedebat studium: cùm tamen interim asperitatem
rusticitatēq; procul haberet, quippe quæ lètissimā esset in-
dole, & velut facta ad omnem morum elegantiam ac svavi-
tatem. Post pietatis atq; pudoris studium, administrandæ
rei familiaris scientiam ita exercuit, ut deterrere plures po-
tuerit, qui aspirarent ad illam laudem. Adeò nihil igno-
rabat eorum, quæ tūm ad augendam rem, tūm custodien-
dam facere videbātur. His tot eximiis rebus cùm ornata es-
set, mirum non est, si hoc, velut efficacissimo philtro, virum
ac conjugem sibi conciliaverit Excellētissimum, Consul-
tissimumq; DN. CASPAREM Schwarzkopff, Advocatum
& Judicij Provincialis Procuratorem benemerentissimum.
Cui ipsis Pentecostes solemnibus An. clo loc LV. singulari
Dei providentia à Parentibus desponsata, & postea d. XIV.
Octobris, An. clo loc LVI. in matrimonium legitimè elo-
cata est. Quem, cùm Rostochium ad nos demigraret, tantā
animi promptitudine secuta est comes, ut non relinquere pa-
trem, matrem, cæterosq; charissimos affectus; sed verò ire
ad eos videretur. Quicum ita vixit, ut bonæ matrisfami-
lias ac conjugis numeros facile impleret. Nam sicut ille
nihil magis studebat, quam omni amoris & benevolentiae
genere proferretur tantæ indolis conjugem: ita hæc ob-
sequio, fide, humanitate, & reverentia magis magisq; indies
demiceri virum contendebat. Quapropter quod Clyte-

mne

111108

mnestra apud Euripidem Agamemnoni ait, id nostra excessus
dens terris suo poterat non immerito dicere marito:

Jugata thalamis fædere ut Coniux tibi

Fuerim fidelis, ipse testari potes?

Scis quām pudica vixerim, quām sedulō

Tuos penates auxerim, ut letus domi,

Aut si exiisses, non minus felix fores.

Rara est maritis Conjugum istiusmodi

Captura: pravas facile ubivis reperias.

Cum verò cæteras laudes bottæ uxoris facile auferret, in unā illâ defecit, quod nihil pepererit hactenus, quo niteretur deinceps domus. Nami si Euripidi credimus, ad vitam felicem cum primis facit, habere ac educare sobolem, ad quam perveniant, si moriaris, quas tuā virtute parayeris opes. Sed plura incidere possunt, quæ faciunt, ut se quiseo ipso infelicem putet, quod liberogenuit. Et hac tempestate præsertim, quā CORRUIMPERE ac CORRUMPI SECULUM vocatur, ita comparatum est, ut pene satius sit, nunquam fuisse factum patrem. Ab initiosis usque matrimonii, valetudine variā & ferme afflictiā semper uia est. Itaque decumbere aliquoties habuit necesse, ac cō gravius, quod non unius morbi genere premeretur. Non defuere quidem ei Medentium auxilia: & quod remedio esse posset, maturè fuit adhibitum, ne quicquam tamen, & nullā arte, nullā virtute herbarum leniri potuit malum. Quamvis enim aliquoties arti cessurum videretur, ac si coactum in ordinem Medicorum curā ac diligentia esset, recruduit tamen illico ad eō, ut mōrbum hunc rectores valetudinis nostræ & tēsēs aeradūrias, qualem Chironem suum planè ex re Pindarus appellat, mortis apparitorem ex facili prædixerint, maximè tūm, ubi moritura, debilitatis sensibus exterioribus, dolores minus sentire cepisset. Quod ad animum attinet, immotum cum ac firmum ad Redemptorem conservatoremq; nostrum

nostrum JESUM CHRISTUM à terra subinde sustulit,
quod satis superque innuere visa sunt crebra illa suspiria &
precations, quas ex parte balbutiente lingua, adeò ut vix
ab assistentibus percipi potuerint, emisit. Et verò nihil ad
nos pertinet, hæreat lingua constricta silentio, conniveant
oculi, jaceant artus & altâ quiete membrorum torpeant, modò
ad DEUM Spiritus vigilet, modò Salvatoris merito initia-
tur animus, & tacita mens in cœlum clamet, non male quis-
quam obibit diem. Inter alias preces quamplurimas hanc
in primis observare sicut:

Herr Jesu Christ du wollest ja nicht Richter seyn
 über Rede/ Thun/ und Gedanken mein;
 Sonder ist mit deinem rothen Blut
 Eilgen alle meine Misserthat.

Hoc animo cum sese compoluisset, & omnes spes in CHRISTI solius
merito collocasset atque reposuisset, d. XXVIII. Augusti inter XI. & XII.
meridianam, placido prorsus lenique soluta obitu, rebus excessit huma-
nis: relinquens post leuit plurimarum egregiarum virtutum exemplum suo
sexui: sic afflictissimo marito earundem desiderium plane acerbum.
Illam vero excepit (verba sunt Seneca, si non oris, at sensus fere Christiani)
magna & eterna pax: non paupertatis metu, non divitiarum cu-
râ, non libidinis per voluptatem animos carpentis stimulis incessâ-
tur, non invidiæ felicitatis aliena tangitur, nec suæ premitur! nec
conviciis quidem ullis verecunda aures verberantur: nulla publi-
ca clades conspicitur, nulla privata: non solicita futuri pendet ex
eventu semper in deteriora dependenti. Plutarchus sane, homo qui-
dem à nostra fide alienus, Uxorem tamen super morte Filiae solaturus, hoc
illi argumentum, Christianis etiam commune, inculcavit: ἐκείνη δὲ εἰς
τὸ ἀλυπού ἡμέρα, λυτῆν ὥρας & δεινή. Quod ille incertâ spe sibi & u-
zori persuadere conatus fuit, id longè pluris apud mœstissimum Maritum
valitum confido, qui certiori sacrarum literarum fundamento innixus,
Uxorem suam in locum vere ἀλυπον pervenisse, Eamque priores mole-
stias constanti quiete, calamitates breves duraturis gaudiis, morborum do-
lores

lores perpetuā sanitatem, Saranæ, carnis, ac mundi insultus securitate æternâ,
et perversos seculi mores cum latissima Beatorum atque ipsius C H R I S T I
societate permutaste exacte novit: ut vere hæc χρύσα χαλκά duci me-
reantur, quique porro lugere Eam institerit, nihil agere videatur aliud, quam
invidere portum maris tempestatis jactato.

Quamvis vero nunc suo potita cœlo, de rebus mortaliis amplius
parum sollicita sit, nec ullo, vel splendidissimo exequiarum honore teneri
possit; tamen non negligendæ ipsius reliquiae sunt, quin omni honoris ge-
nere, quo afficitatæ functi solent, corpus ipsius, in quo tam nobilis & supra
vulgarem conditionem erectus animus hospitatus, prosequendum est.
Quod cum ad H. I. postea futurum sit, vestrum erit, GIVES ACADEMI-
CI, eis etiæ frequentes interesse, adeoque prolixis exequiis funus deducere.
Vos, inquam, strenue perfungemini veltris partibus, non leviter ledaturi cā
ratione hunc acerbissimum vidui dolorem. Ita enim & functæ meretur
virtus, & mariti clarissimi ergavos benevolentia ac studium, quodammo-
do exigunt postulantque.

Quocirca dabitis operam, ne quid officii desiderari in vobis possit.
Est enim id ictiusmodi officium, quod vos cum primis decere potest. Inter
eundum cogitatibus illud Sapientis: *Hoc affigamus animo, hoc nobis*
subinde dicamus: MORIENDUM EST? Quando? quid tua?
mors naturæ lex est, mors tribatum officiumque mortalium, ma-
lorumque omnium remedium est. Omnibus omisis, hoc unum,
Lucilli meditare, ne formides nomen mortis: effice illam tibi co-
gitatione multa familiarem, ut sita tulerit, possis illæ vel ob-
viam exire.

P.P. Sub Sigillo Rectoratus d. IX. Septemb.
ANNO clc lcc LVII.

Conventus fiet in Aede B. Vir-
gini sacrâ.

¶:)OC : S:)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777236583/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236583/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777236583/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777236583/phys_0016)

DFG

Nequ
liebri
cont
main
omne
clo I
flore
FRI
virun
DER
rum
hōne
que
fuit v
Thes
laude
egit,
posu
nam
mat
fima
Duc
dam.
Sena
CO
quo
foem
mēc
peri
dam
man
qua
coru



Copyright 4/1999 XyMaster GmbH www.xyymaster.com

didis ratio, qui summam mu
foris plane ignota esset. Non
egregia: egredi limen & fa
tescant pluribus, quæ decene
Sverini ANNO CHRISTI
ca septimam vespertinam, ex
familia: Patremque habuit
n/ nos prudentiæ ac solertiæ
gapolitani ADOLPHI FRI
lustrum per quadraginta anno
latrem SOPHIAM Holsteins
am ac pietaticulricem, utros
sites. Avum paternum sortita
n D.N. ALEXANDRUM
innos, & quidem summa cum
alliarum Magistrum equitum
dem suam in Civitate Hisacher
te commutavit. Aviam pater
A Kempyn foeminam omnium
reornatissimam, ex honestis
MPIORUM familia (quæ in
is abhinc annis floruit) oriunt
t Dn. JOHANNEM Holstein/
bergensis gravissimum. Dn. NI.
Consulis ibidem Spectatissimi
nam CÆCILIAM Holsteins/
splendore, quæ sexum maxi
& rei Oeconomicæ gerenda
HOLSTEINII, civis quon
ensis primarii filiam dilectissi
tibus cum nata esset, ad optima
stissima educta & assefacta est,
materno velut umbibit, mox &
exem-

exempli ipsorum invitata rectiusq; indies expressiss.
Nam velut arbores eum statuerint, quem ab agricolæ
ductu curaç; acceperint. rurum animi tueruntur eam
ac servant imaginem. orum tutela adoleverint, primis
ram & minoribus annis ea se immorigerent, imma
buit. cem unquam praeservata visa est, iisque
r. 150mm. a, quām præcepimus, immum pudic
do. 40mm. asperitatem
tater. 30mm. ministrandæ
rei fan- 20mm. deterrere plures po
tuerit, 10mm. n. 30mm. Adeò nihil igno
rabat eos. 5mm. radam rem, tum custodien
dam facere. 0mm. tot eximiis rebus cum ornata es
set, mirum n. 50mm. sc, velut efficacissimo philtro, virum
ac conjugem. 10mm. conciliaverit Excellentissimum, Consul
tissimumq; DN. CASPAREM Schwarzkopff, Advocatum
& Judicij Provincialis Procuratorem benemerentissimum.
Cui ipsis Pentecostes solemnibus An. cl^o l^oc LV. singulari
Dei providentia à Parentibus despontata, & postea d. XIV.
Octobris, An. cl^o l^oc L VI. in matrimonium legitimè elo
cata est. Quem, cum Rostochium ad nos demigraret, tantâ
animi promptitudine secuta est comes, ut non relinquere pa
trem, matrem, cæterosq; charissimos affectus; sed vero ire
ad eos videretur. Quicum ita vixit, ut bona matris fami
lias ac conjugis numeros facile impleret. Nam sicut ille
nihil magis studebat, quam omni amoris & benevolentiae
genere prosequeretur tantæ indolis conjugem: ita hæc ob
sequio, fide, humanitate, & reverentia magis magisq; indies
demiceret virum contendebat. Quapropter quod Clyte
mne-

dition